

# DIALOGVS RELATORIS ET ADVOCATI

Pinciani senatus.

In quo varia hinc inde proponuntur & longè controuertuntur ad renunciatorum, aduocatorum, & iudicum munera: eorumque dignitatè & eminentiâ spectantia, eorundem que ad electionem probè faciendam plurima aduertuntur.



AUCTORE IOHANE MATIENZO

in iure Cæsareo designato eiusdem que  
senatus causarum expositore.

PINCIAE

Excudebat Sebastianus Martinez,

M. D. L. VIII.

Cum priuilegio.

Esta tassado a

el pliego.



Solertia non mediocri hunc dialogum vidi,  
 & amusin perlegi: quem sanè si quis literis  
 candidatus penitus inspexerit tum sciētia  
 tum verò veritate reffertum inueniet. Verū  
 dialogus hic tam est à quouis errore alienus, potissi-  
 me in ijs quæ ad Theologiam spectant, tamque eru-  
 ditione plen<sup>o</sup>, vt meritò manu sinuque gestari debeat  
 Cæterum quæ ad legum peritos attinent ipsi videant  
 & diiudicent vt par est. Ego verò cui examen huius li-  
 bri incumbit, nihil in illo fore asserere ausim quod si  
 dei nostræ orthodoxæ aduersari queat. Quamobrem  
 testimonio nostro has roborauimus & proprio nomi-  
 ne communiuimus.



FRATER ALFON



sus Orozco.



Alfonso à Valboa decretorum  
 doctor vice cancellarius vniuer-  
 sitatis Oppidi Vallisoleti Palen-  
 tinæ diocesis ac Prouisor officia-  
 lis vicariusque generalis in spiritualibus &  
 temporalibus præfati oppidi, pro illustri  
 domino domino Alfonso Enrriquez eius-  
 dem oppidi abbate, doctissimo Iohani Ma-  
 tienço in iure Cæsareo licenciato regijque  
 prætorij Pinciani causarum expositori me-  
 ritissimo. S.

ET si compertum habeam vir doctissime omnia cō-  
 siliorum decreta Christianę reipublicę plurimum  
 conducere, illud vnum hisce temporibus consultissi-

## DIALOGI RELA

TORIS ET ADVOCATI

Pinciani senatus prima pars.

¶ CAPVT PRIMVM, OPERIS IN-  
troductionem, et de Ocio, Ludo. et  
Musica plura continet.



**R**E) Iustitij tempus mihi valde amœnũ et  
tandiu expetitũ, quo vacare aliquantulũ  
& obtuso capiti vocum frequenti elatio-  
ne parcere liceat, colendum ac nimis ve-  
nerandum censeo. Cũ labore isto tam  
molesto rationis iudicij quotidie reddẽdi vacare fas  
sit. Nam quid grauius durius ve vnquam esse potest,  
quã casus varios et implicitos causarũ diuersi gene-  
ris singulis diebus incessanter referre? Maxime corã  
diuersi ingenij senatoribus: quorũ aliquibus facilis sit  
comprehẽdendi facilitas, alijs nõ ita: aliquibus clarus  
et argutus intellectus, alijs tardus & valde prolixus.  
Non quòd efferam velocis, aut damnem tardæ Miner  
uę iudices, sed quòd vitã ipse acruam existimẽ, cũ  
quasi cereus huc & illuc deuolui, & cuiusque eorũ  
iudicio declinari opus sit. Et, quod deterius est, labo-  
rum præmia, quæ ex assiduo & solerti ministerio spe-  
rari liceret penitus diffidam, ni aliũde mihi vsu vene-  
rit. (AD) iam diu te, præter morem tuum, nõ queritã  
tem vehementer demirabar. Quos labores, Iesu bone  
quas ve ærumnas assidue enarratores ferunt nemini  
non est compertum. †. Veh nobis miseris aduocatis.  
quibus & hoc tempus à te adeò expetitum nihil ocij

i.  
Aduoca  
ti labo-  
res.

A attule